



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


**Clara Et Praeclara Methodus Parandæ Eloquentiæ,
Secundùm Doctrinam & Præcepta Cypriani Soarii è
Societate Jesu, Ad Captum Et Praxim Faciliorem
Accommodata**

Worpitz, Georg

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68908)



AD LECTOREM.

NOvi nihil, si rem ipsam spectes, præ-
senti opere molior: vetera enim sunt
Eloquentiæ præcepta, qualia fuerant
etiam ante eos, qui post Aristotelem, Cice-
ronem & Quintilianum scripserunt. Nova
tamen ea tradendi Methodus (quam sæpe
solam in plerisque Recentioribus suspici-
mus) exhibetur, non quidem ad luxuriam
& florem (in hoc enim jam non desunt alii)
sed ad præcos facilitatem, in gratiam inci-
ipientium. Mihi etenim mens est, imperi-
tum adhuc Rudimentorum Rhetoricæ in-
formare Tirunculum, non verò eum, qui
eruditam, acutam, sententiis gravem, allu-
sionibus fulgurantem, verborum fuce com-
ptam, scribere meditatur orationem, qua-
lem hoc sæculum appetit. Nec in hujus Ma-
gisterio alias à Cypriani Soarii præse-
ptionibus sequor, cum hæc in scholis nostris
Majorum nostrorum imperio sint in usum
deducendæ; ut ut alii rivulis recentiorum
se abripi patiantur, quos tamen delibare, aut
indicare non negligo, ubi auctori præscripto

AD LECTOREM.

subservire possunt. Quoniam verò non
pauca in Soario nonnullis videntur jejuna,
obscura, & implexa, ut hujusmodi esse de-
sinant, ad laborem, diffusam præceptorum ex-
positione, exemplis & præxi. Hinc nec
supercilio elatum scribendi characterem se-
catus sum, memor me Latium vix fieri po-
tentibus, panem frangere, & præman-
dere; difficultatem alioqui, non facilita-
tem allaturus. Eadem de causa obviis e-
xemplis declarare præcepta sum ausus, ut
quia nota sunt, facilius capiantur, & hæ-
reant. Philosophorum tamen loquendi
formulis distinxì nonnulla; tum, ut satis-
facerem illis, qui confusionis arguentes
Soarium, Peripati rigore cuncta exami-
nant, ad Philosophicum Distinctionum,
velut Lydium Lapidem; tum, ut ansam
haberent ingenii sui aciem explorandi,
quam acutè caligantis Dialecticæ arcana
sint scrutaturi? si hæc pauca, nec sine
declaratione posita, captum superârint.
Quanquam quid mirum, Philosophicis hic
locum esse vocibus? ubi res è Philosophiæ
fontibus depromptæ, obveniunt exponen-
dæ, ut sunt loci, argumentationes &c.
Quòd verò quædam ab authore suis locis
posita prætermiserim, alibi reposuerim,
causæ id erat, ut non doctrina illius dunta-

AD LECTOREM.

nat, sed & praxis facilius evaderet ; cuius
intuitu fieri amat , ut quæ prima sunt in in-
tentione, in executione sint postrema. Un-
de alius ordo doctrinæ , alius praxeos sit,
est necesse. His te præmonitum & præmu-
nitum accedere volui amice Lector.

Vale! & si aridet, fruiere ad ma-
jorem Dei gloriam.



PRÆ